

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

Hesiodi poete Georgicorū

liber p nicolaū de valle conuassus e greco in latinum

Magister Gregorius Lari-

cephalus de Konitz Zectori.

Ex agro celebres virguntur viuere reges :

Vinit secundo maximus orbis agro .

Ateritur vomer : tum fudat taurus aratro :

Ut domini digitis aurea dona gerant .

Agricole innumeras ducunt et in horrea fruges :

Cuncta suis pascant oppida pulchra cibus .

felix diuitias fideis qui congerit aruis

Naud nugis quicq̃ decipit ille suis :

Sed claros soles : largum iam postulat imbram :

Constanti diuos orat et vsq̃ prece .

Anyonum cultus Aſcrea natus in vire

Hesiodus docuit . lector amande legas .

Bc 2(c)

Boannis honorū: Eubiteū

Prefatio in librū Georgicū Hesiodi Ascre

Hesiodus sub-
bito a musis
factus poeta

Ascre Hesio-
di patria

Alia trālatio
Ascrā rus mi-
serū penes hic
Hediconā cole-
bat Hyberno
dix triste estu
optabile nūq̃

Hesiodus fuit poeta antiquissimus: Dii fili-
b ex pycnide vxore: quē ouēs patris in Par-
naso monte pascentē muse rapuisse dicunt: ac
poetā fecisse munere calamorū. qđ Quidius li. fastorū
vi. tenigit cū ait. Ecce deas vidi nō quas preceptor a-
randi Viderat: Ascreas cū sequerēt oues. Idē in arte
amandi. Nō mihi sunt vīse Lio. Liūsque sorores Ser-
uanti pecudes vallib⁹ Ascrā tuis. Et Virgili⁹ i buc.
inqt. Nos tibi dant calamos: en accipe muse. Ascreo
quos ante senj: quib⁹ ille solebat Cantando rigidas
deducere montib⁹ ornos. Eius patria fuit Ascrā vi-
cus Boetie ad Heliconem: quā ipse improbauit: vo-
cans dirā hyeme: tristē estu: ac nūq̃ optabilē. Qui-
dus in Ponto. Est perpetuo sua q̃ vitabilis Ascrā
Ascrā est agricolae musa docere senis. Vñ et ipse Hesio-
dus in hoc opusculo de genitore suo loquens sic ait.
Hic meus ille quidē genitor dum pauper egeret. Er-
bat maria alta secans fluctusq̃ pfundos. Ille olim
colibā Cumam atq̃ ea littora linquens Appulit huc:
nō spe lucri cōmotus auara. Durū opus exercere in-
uisa urgebat egestas. Ille vagus denum ppetempe
Heliconia sedē Ascrā incoluit cdi in regione molesta
frigore nunc nimio: nūc intolerabilis estu: Nunc fu-
isse tpi⁹bus Homeri ostēdit Silius ex epigramate qđ
apud Heliconē in tripode musis Hesiodus ipse dica-
rat. Hic poeta ad persem fratrem scripsit librū quē ap-
pellauit opera et dies. Vbi docuit quādamodū a gri-
et quib⁹ tpi⁹ colendi essent. et adeptus est palmā in
medio dicendi genere vt Quintiliano videt: licet Vir-
gilius cū superasse putet in georgicis auctore Seruio
Dum⁹ cate Hesiodus metricē scripsisse dicat de agri-

Prefatio

cultura - que sola est ex qua questus stabilissimus honestissimusq; cōsequit - mitemq; inuidiosus - quā Aristoteles in oeconomico potissimā sū naturā possessori onū cōmemorat. Quocirca olim Delphicus Apollo Aglaum Propbodiū dixit esse felicissimū: qui parvū quidē prediolū colebat: s; annuis victibus largē sufficiens: ex quo nunq; egressus ferebat. Vñ Virgili⁹ tā vere q; eliganter li. ij. georgicorū ait O fortunatos nimīū sua si bona norint Agricolas: quib⁹ ipsa paul discordibus armis Fundit humo victū facile iustissima tellus. Et ab Horatio in carmine epodo decentissime dictū est Beatus ille q; paul negotijs Et prisca gens mortaliū Paterna rura bobus exercet suis Solutus omī fenore. Præterea sine agricultoribus nec consistere mortales nec alī posse manifestū est. Quamobrem qui rura coluerunt piam et valē vitā agere credēbant. Vñ enī rerū ex quibus aliquid acquirūt nihil est agricultura melius - nihil hūberius - nihil dulcius - nihil libero hominē dignius. De agricultura igit tam laudata - tamq; frugifera - scripsere p̄multi. quorū bonā partē Tarentius Varro - qui rem rusticā expoliuit nominat. Plinius autē li. xiiij. et Columella li. p̄mo scribunt q; Hesiodus princeps oīm de agricultura præcepit. Quē secutus Virgilius in georgico carmine ait Alcreūq; cano romana per oppida carmen. Scripsit etiā Hesiodus Theogoniā et quedā alia.

¶ In libro georgicorū dixit Dimidiū esse plus toto. Quid p hoc intelligi voluerit - dēclarat Philipp⁹ Beroldus Bononiensis vir q; clarissim⁹ in appendice annotamentorū in duodeci cēses Suetonij tranquillū dicens. Hesiodus i libro cui titulus opa et dies versus hūc posuit Ignorat stolidi q; toto sit medium plus. Dissoluenda questio est: cuius mentionē fecit Selli⁹ li. xvij. noctū acti. nec tñ reliq; explanatum qd

Trans agriculturæ et agriculturalum

De Aglaio p Propodio lege Valerij maximi li. vii. ca. i. et Plinium li. vii. ca. xvi.

Quid intelligi voluerit Hesiodus cū scripsit Dimidiū esse plus toto.

Prefatio

Hesiodus se dicere sentiat: cū dimidiū plus toto esse
dicit: qđ cōmuni plane sensui videt reductari. Plato
li. iij. de legibus planissime explicat hoc ambagiosus
Scribens rectissime dictū esse ab Hesiodo Dimidiū
plus esse qđ totū. qñ videlicet totū pprehendere notū
est: dimidiū vō tempore se habet. Hinc intelligi vo-
luit Moderatū immoderato plus esse: vtpote meli-
us deteriore. docetq; principatim moderate consti-
tendū esse: et ad mediocritatē redigendū. Idē li. iij. de
rep. laudās vitā moderatā tanq; optimā. Hesiodū
illud sapienter dixisse cōmemorat Dimidiū plus esse
qđ totū. Consimiliter Aris. iij. politicorū dimidiū esse
plus toto docet: et eo q; gubernatio temperata du-
rabilior est et melior qđ impotens et immodica. Ide-
oq; pphocillides bonis optauit multa mediocribus
optima. et ipse mediocris esse voluit in ciuitate. Idem
Aristoteles pfert mediocritatē et mediū esse optimū
mediocrisq; fortune bonorū possessionē aut optimam
olim esse existimandā. Idē in ethicis Virtutes medi-
ocritates esse tradit. Ex quo colligitur mediū et mode-
ratū optimū esse in vitā degenda. et plus qđ totū ap-
petendū. Nō me praterit aliter ab alijs Hesiodi ver-
sum exponi solere. sed hec Platonica a nobis et Ari-
stotelica interpretamenta magis pban: cum eruditio-
ra sint et veriora. Nec ille. Quidā pperit Hesiodū
contendisse carminibus cū Homero: fuisseq; victorē:
qđ indicat tripas positus ab Hesiodo cū hoc epigrā-
mate Hesiodus donū dedit hoc spectabile musis. Vi-
uinū cantu cū Calceide vicit Homerum.

¶ finis Prefationis

Moderatū
melius im-
moderato.

Virtutes me-
diocritates.

Hesiodus cū
Homero car-
minibus con-
tendisse dicit.

Dio .ij. pontifici maxio Ai

colaus de valle.

I vacat aenea rerum dignissime pedul :

Grataq; sunt animo carmina nostra tuo

Perlege que quondam dulci modulatus aenea

In Latios ausus vertare Græca modos.

Mæra inspicies

poan

Græcia que quondam flonit Hædiode .

Hec fuerant (fateor) pleare mediore canendas

Hic opus ingenij quippe senilis erat.

At quis nonnullos tam magna superbia vates

Elavat : ut nullo graec in bonore putant .

Eum tamen hoc ausus bisseptem et quatuor annis

Dum mea labuntur lustra trabente deo .

Sumpsimus et tunc grecosq; e fontibus haurius .

Mixtasq; cum greco lingua latina fuit.

Quicquid id est ad te vatum clarissime vates

Mittimus : es Clarior on minor ipse deo

Suscipe et Hædiodum placido complacere vulnus

Hic quoq; iudicio staret cadatq; me .

A ij

Heliodi poete Georgicon:

ergo Rājimerai .i. opera et dies Liber primus

P Ferides muse querā vigeſ incūta cantu

fama ducā: et veſtri decus imortale parātis

Dicite cur hominum pars hec ſine nomine vitam

Ducat: et illius cur fama æterna per ælum

Enola. hec Jouis eſt magni diuina voluntas:

Iſte etiam æthonans ſummi regnator olimpi

Exortat imbelles animos: et fortia corda

Debilitat: ducet quo fortuna inimica ſuperbos

Deprimit: atq; humiles clarum ſuper æbra tollit

Tum mala mens hominis mediocrē inclināt ad vſum

Et capiunt molles crudelia pectora cultus.

¶ Et ſtandi quicunq; polo ſpectularis ab alto:

Cui nihil ignotum eſt: ſenectūſima dirige iura

Juſtitiæ: liceatq; mihi fraterna monere

pectora: et ignotos viuendi oſtendere mores.

¶ Sunt gemine in terris quibus æſtuantur in vnum

Montales cauæ: varia que mente trabuntur.

¶ Una quidem ſtudioſum laudabile ſedula curat.

Georgicon Hesiodi

Altera eruddi rerum depascitur haustu :
Bella cupit : pugneq; exercea iniqua tumultus :
Inuisum atq; atrox pestis genus : hanc tamen ipsi
Mortales fugiunt : tandemq; volentibus hanc dijs
Exoptant : nequantiq; huius cohibere furores .
Illam autem prius obscure genere tenebre,
Sed fato mediox pater Saturnius illam
Et generi humano et terre radiabus imis
Imposuit : segnes artus et inertia corda
Exciat . alter eni segnis cui vita manebat
Altius spectans cumulos : mora nulla : bonuq;
Jungit : et impresso terram diuertit aratro .
Sive domum curat : siue inserit : alter ad artem
Vicinum vicinus agit . laudabilis hec est
Pugnandi ratio . fugienda sed altera : sub qua
Inuidet aut figulus figulo : vel genus egeno :
Sive faber fabro : dulcisq; poeta poete .
¶ Nec mea dicta precor toto cape pectore persei
Nec te arbes soto speculantem iurgia vulgi

Libër primus

Quocet a studijs pugnandi inimica voluntas .
Pene solum sequitur . quæ non fouet annua malis
Et bene clausa domi ceteris gratissima dona .
Hec querenda patris : debinc . si vacat . i patre vulgus
Et fera in alterius rebus caramina pone .
At non illud ages iterum germane : quod olim
Ausus es infelix . lætam banc data iura resoluant .
Scis quondã inter nos patria est partita facultas
At tu nil iusta multum plus parte veraris
Tæcum effere rapax . corruptus munere iudex
Ille mo est : sub quo tota hec sententia pendet .
Ignarus : non nouit esse quæ dulcius . aut quæ
Sit medium toto melius seu vivere melius
Dulcius : quantum dulci seu vivere porro
Hos veterum vitæ occultare superni
Inq; polos retinent cælestes : tempore quoque
Sat fuit vna dies tenui exercebat labore .
Vna quiescenti tibi . debinc alimenta parabant
Annus . tunc poterant tamotis robora sumo

Georgicorū Hesiodi

Exploranda dare . et nulli iuga curua premebant

Terga bouum : nullum hemiones sensere laborem .

Mos voluit faciles viuendi abscondere mores

Fra Iouis : cum se deceptum fraude Prometheus

Sensit : et illius causa mortalibus auxit

Curarum moles : subreptumq; abdidit ignem .

Reddidit hunc iterum terris : curuaq; latentem

Subripuit ferula cauto puer ille tonanti

Japetionides iacto qui fulmine gaudet

Rusit fraude sua . subitam tamen arsit in iram .

Hec pater effatus : nubis collector aqueos

Japetionide : cuius prudentia cunctos

Consilio excellit : magnum spreuisse tonantem

Arte tua gaudesq; dato mortalibus igne .

Hec nocture tibi : generi nocture futuro .

Tale mali genus exortiam quo pectore toto

Eruent homines cupidi sua damna ministrant .

Subrisit fatus diuum pater atq; hominum rex

Vulcanum aspiciens : atq; illi talia mandat .

Georgicorū Hesiodi

Vade celer speciem e terra mixtoq; liquore
Confice mortalem : cui vocem et robora iunge.
Sitq; ea virginæ cælestis imago puellæ
Quam sibi quisq; velit : dea quā doctissima Pallas
Instruat : et varias percussere pectine telas .
Adjiciat capiti faciem Venus æthere formam :
Currat ut assidua stimulatæ cupidine corpus .
Interpres superum victor Cyllenius Argi :
Fallacemq; addat mentem et fallacia verba .
Dixerat : imperio Jovis annuit æqua voluntas
Cædicolum . exemplis fingis Vulcanæ puellam
Virginis ora deæ similes : quam glauca Minerva
Linxit : et ex omni fulgentem parte poliuit .
Hinc etiam Charites : etiam celeberrima Pitho
Aurea candenti posuere monilia collo :
Effusæq; comas horū de flore coronam
Venali tribuere deæ . tamen attica Pallas
Illam præcipuo forme decoravit honore .
Et superum interpres victor Cyllenius Argi

Liber primus

fallacem attribuit mentem et fallacia verba .

Sic pater altitonans diuino iusserat ore.

Quandoquidē dederat sua munera quisq; deorum :

Mercurius merito Pandoram nomine dixit :

Epitiale malum mortalibus et fera pestis.

Postq; antem tantos confecat Iuppiter astus :

Mercurium ad magnum iubet ire Epimethea : dono

Cui ferat banc , qui nil veritus : precepta Promethei

Epit : et accepto nouit sua damna Epimethus .

Nam prius humano generi secura manebant

Tempora : nulla mali species aut cura laboris

Morbozumq; genus : tristem qui funeris atri

Corripuerat viam : quibus omnis frangitur etas .

Diuere dulce fuit , quadam sed tegmen sub vna

Dum Pandora leuat : totum exiliare per orbem

Curarum infeste effigies . spes sola remansit

Intus : et e labris ima sub parte refedit

Obstitit impositum nam tegmen abire volenti .

Sic qui fulmen agit nubes collector : aquose

Liber primus

Iusserat. innumere etiam mortale vagantur
Per genus infande species : quibus equos et omnis
Terra infecta tumet : morbi noctesq; diesq;
Sponte sua sine voce ruunt . namq; ab Jove summo
Ablata est illis quæcumq; potentia fandi :
Sic impune parens offenditur ille deorum .
¶ Si vacat o frater : si non audire recuses :
Ordine plura canam . genus immortale creatum
Ac mortale simul credendum est . aurea primum
Secula dii superi totum sparsere per orbem .
Tempore quo celi imperium Saturnus habebat :
Tunc homines diuum vivebant more : nec illos
Anxia curarum moles : operumq; labores
Lassabant : aberat tristi cum mente senectus
Semper et in valido regnabant corpore vires :
Nulla mali labes : convivia læta placebant :
Mors similis somno fuit : atq; vberima tellus
Omnia liberior nullo cogente ferebat
In commune bonum : nec quisquæ invidit habenti .

Georgicon Hesiodi

Ædixit ætas : erat omnibus vna voluntas :
Et facili lætos soluebant pectora in usus :
Aurea postq̃ hominum paulatim defuit ætas :
His pater altitonans meritos adiunxit honores .
Sub terris habitare dedit : qui numina faci :
Et genus humanum : sancte quoq̃ iura tuentur
Iusticiæ : tenebris circumfusiq̃ peragant
Terrarum fines : et opes mortalibus augent .
¶ Proxima successit terris argentea proles :
Aureo deterior : sensuq̃ et moribus impar .
Tunc sibi quisq̃ sue fecere sub vbera matris
Otia mortales . paulatim adoleuit in annos
Ingenuj rude principium : quo decolor ætas
In proprijs etiam laribus rude pactus agebat .
Aucta tamen postq̃ ad summum peruenerat ætas
Diuendi breuius spacium fuit . antius ardor
Curarū incumbens aderat : quas improba mentis
Gaudia fecerunt : æterna iniuria nuncq̃
Relinquit : et nulla in superos reverentia : nullos

Liber primus.

Sacrorum ritus aas argentea vidit.

Hanc deus extinxit: meritam flammantis in iras.

Postq̃ hominum oculis argentea secula tellus.

Non tamen illorum sine nomine vita recessit:

Sub terrisq̃ dei sedes cœhere secundas.

¶ Tertia post illam successit ætnea proles,

At nihil argente similis: diadumq̃ creata

Sanguine: dura quidē robustaq̃ pectora tendens:

Lota feri misero martis sauebat amore,

Nulla quies illi: nullum ius: durior aas

Ipso adamante fuit: vultu mœuenda superbi:

Cui nunq̃ inuictum robur: fortisq̃ lacerti

Deferant humeris. tunc ætæ tædæ: domusq̃;

Omnis in ære labor: non feri emiserat usus.

Hec autem proprio proles consumpta furore

At gelidi loca nigra dei sine honore recessit,

Et quosq̃ ætæ inuicto rebores: ab atris

Monstrat tamen viata est: solis lumenq̃ reliquit.

¶ Postq̃ autem occulta est: atq̃ ætæ corruit ætæ:

Georgicorū Hesiodi

Quarta fuit soboles melior: cui plurima toto
Iusticie herbant animo praecepta verande.
Divinum genus heroum: primumq; vocari
Semidei: immensos illi potuere per orbis.
Nos infans amor: martis: belliq; nefandi
Ardo: Agenoride septem prope menia Cadmi
Edipode imperij causa consumpsit: et alti
Nos maris undisoni fluctus: cū Pergama classes]
Argolice parent. vbi pallida mortis imago
Desuper incubuit: dum iusto vlciscitur ense
Lindaris. hos etiam toto diuisa ab orbe
Iuppiter: et vite mediozem tradidit vsum:
Elysiosq; dedit colles habitare profundi
Litus ad oceani. felix et sancta propago.
Dic tibi vernat humus: vbi dulcia poma quotānis
Ter gremio effundit matris vberima tellus.
O vitam non me quanta cum stūpe creassent
fata: sed ante mori: seu post licuissa oriri.
fata nunc eas: quem aere a mille labores

Libër primus

Nocte dieq; premunt . paulatim ac illius instant
Enio : sic dijs placitum . sed prospera tanto
fata etiam venient aliquando in turbine rerum
Nec minus hec infanda hominum debebitur aas .
Cum matura annis illorum tempora cani
Inficient crines . natis nec vt ante parentes
Nec patribus nati similes : nec ab hospite tutus
Hospes erit . sanctum corumpent fedus amici .
Et fure arma cians inter discordia fratres .
Diua honozis inops hominum properata senect^{us} .
Nec pudor effractus senio obiurgare parentes
Infidit soboles legem et precepta deorum
Nescia : inualido non hec alimenta parenti
Iusta sua reddet . quid eni q; iniqua rapaces
Apparet vsq; manus vires et menia narum
Altera docta manu : iurataq; fallent
Numina : iusticie nulli tribuentur honores .
Pulla gens bonitas : illum venerabitur orbis
Qui mala mens suadet fera crimina . tota iacebit

Liber primus

Tota quidem orbatō tecum reuerentia vultu.
O dea iusticie soboles en improba ledet.
Si probus vllus erit quem contra insurget: iniqua
Voce furens: sicum affirmans. alitrixq; malorum
Inuidia: incedet fatali turbida vultu.
Protinus humanas sedes ascrea relinquet:
Diua suos pariter tendet reuerentia cursus
Ad superos: nitido velataq; corpus amictu.
Nulle recedentes ille mortalibus egris:
Non cessanda tamen: rerum mala semina linquent.
At nunc te moneam: quanq̃ sapis omnia: iudex
His intende animum sed quid iuuat ista monere?
Sulcus: maiori quicunq; resistere tentat
Vincitur: et magno penas subit inde pudore.
Sic ego sum tanq̃ volucris quam prenderit astur:
Prensasq; sublimes agitur philomena per auras:
Dec dola infelix vngui transfixa recuruo.
Quam contra horribili raptō: sic intonat ore
Quid misera exclamas: temulum fomio: astur
B iiij

Georgicæ Hesiodi

Te premittit: huc adsis quo te meus egerit ardor:
Et quanquā bene - suaue canas - mihi cena futura es.
Si lubet: aut dimissa iterum remeabis in auras:
Sic factus tacuit pennatus et impiger astur.
Tu modo iusticiam cole: nulla iniuria Perse
Tecum habitet: fatale gerit secum illa. nec illam
Nullus amat nisi mens cui vilis et improba surgit.
Vir bonus hanc inferre timet: quam si intulit acti
Penitet: et magno contristat corda dolore,
Et via iusticie melior: qua vincitur omnia
Omnis ad extremum veniens iniurius ardor
Quid dicam quod nunquā aliquid benignitas noscit
Hi modo passa prius. si quis male iura ministrat
Peccat: et tandem dementi panditur error.
Fripe iusticiam. corruptus munere iudex
Ius violat: dolet hec - et nulli visa per urbem
Tristis it: et lacrimans penam mortalibus orat
Qui violant iura: et recti sacra fœdera rumpunt.
Verum ubi iusticie sancti seruantur honores.

Liber primus

Iudicioq; pares et ciuis et aduena pendent :
Vix viget : augeur soboles : pax lae vagatur :
Pax iuuenum nutrit : nunq; bis fatalia bella
Preparat altitonans : nullis in rebus egestas
Imminet : in quenq; nulla est offensio : dulci
Quos iuuat interdum genio alleniare labores :
Terra quibus large fundit sua semina : et alte
Montibus innate mittunt sua munera quercus
Glandifere in summo : media tamen arbo remissant
Vndiq; apum ingentes acies : vestemq; ministrant
Lanigere pecudes : per se magis omnia florent .
Non bis exteras merces vehit ardua puppis :
Omnia pat tellus . quid enī q; iuncta marito
Et patribus similes emittit femina partus ?
Non datur hoc quibus illa placet violentia iuris :
Nos ad supplicium vocat alti cura tonantis .
Sepe subit penas plebs tota miserrima tantum !
Vnius ob noxam : pestis furit atra per urbem :
Et maleduada fames : paulatim deficit omne

Georgicon Hesiodi

Vulgus : et euacuos ostendunt tecta penates.
femina nulla parit . sic sauit Iuppiter erga
Quos male facta iuuant : qui si modo forte cruentum
Milite exercent studium : mora nulla : sinistro
Marte cadunt . vel si potius iuuat ire per altum
Illorum in medio submergitur obusta ddupis .
¶ Vos igitur qui iura datis conuertite mentes
Ad tales hominum penas . diuina potestas
Mortales circumuolitans - uida improba quorum
Iudicia emergunt multorum in damna : damnos
Ignorant monitus : genus hū mortale pererant
Innumeri : tenebris circumfusiq : tuentur
Iusticię sacra iura : domant genus omne malorum .
Illa quidem virgo est supero Ioue nata parente
Nomine clara suo : ceterq; verenda deorum .
Quam si quis violat : lacrimās sua fata : parentis
Et Iouis ante pedes : et lamentabile fundens :
Humanos queritur mores : ac debita poscit
Supplicia in populos . tu iudex causa malorum

Georgicorū Heliodi

Qui violas sacra iura dæ: iam dirigementam:
Ius cole: in alteris te nulla pecunia vertat
Damna: nocet sibi qui cuiq̃ nocet: et male sudet
Ille sibi: in quenq̃ si quis male iura ministrat.
Luncta videt pater omnipotens: et qđ mibi tecum est
O iudet: modo si lubet: speculatur ab alto:
Nil latet hūc: aut hoc quales tribuantur honores
Iusticie in populo. quam non ego pectore toto
Nec mea progenies coleret: postq̃ orbe sub isto
Espreta iacet bonitas: et ius iniuria vincit:
Inuito Jove ni fierent. hec accipe frater:
Nec animo meditare: iniustum pone furorem:
Ius quoq̃ frater ama: sine quo genus omne serarū
Credimus alterno catatum corpore pasci.
At nos instituit vite medioris origo:
Iura dedit pater omnipotens: ea pectore toto
Si quis habet: decus æternum: pia premia reddet
Iuppiter affligit si quis pro teste vocatus
Peccerat: ac merito pensatur culpa nocentis

Libër primus

Supplido . offendens ius ille offenditur vna:
Et quo obscura quidē : nulli quoq; cognita surgit
Posteritas . iusto de sanguine nata propago
Clara caput tollet : patrio seruata decore.
¶ Hec quoq; que referam stultissime concipe frater .
Et facile innumeras vitiorum amplectimur artes
Haud pcul illa habitāt . brevis est via q̄ sit cundum
Est via virtutis contraria : sudor anhelus
Hanc sequitur : que se scopulosis ardua diuis
In longum prorumpit iter : rigeat aspera primo
In grassu : lauis est postq; cacumina tanges .
Optimus hic sese qui nouit cuncta magistro:
Prespiciens rerum fines meliora sequuntur
Dignum laude virum parentem recta monenti
Credimus . ille tamen sibi qui non consult : aut qui
Alterius precepta fugit : vir inutilis extat.
¶ Ergo age frater ades generoso e sanguine pasci
Non fuge fraternos monitus . operare laborem .
Inuideat tibi dira fames : spicaq; nocenti

Georgicorū Hesiodi

Alma ceteris ornata caput sua dona ministrat :
Sic tibi plena domus . segnem crudelis egestas
Opprimat : hunc homines odio superiq; sequuntur
Torpentem similem furo : cui spicula surgunt
Morida : distensumq; fauis consumit edendo
Senem apum : piger ipse sedet : vitatq; laborum.
Tu modo curam operi : quantū potes : adijce frater
Morre : sic rumpunt menses : sic copia rerum :
Sic pecus augeatur : sic tu mortalibus atq; dijs
Gratus eris . segnes animos . et inertia corda
Oderunt : operi laus est imponere curam :
Turpesd huic prohibere manus . incumbere labori.
forsitan ad studium torpentia pectora vertes
Dum partes ostendis opes . virtutis adeptus
Mora : et ætænum laudis decus . utar quod
Atre : para victum : violare aliena nefandum est.
fac superis equandus eas . incumbere labori :
Nec pudeat . pudor hic multos in bonisq; egenos
Secum habet . auge opes fiducia : q̃ melior res

Liber primus.

Et superis : non vi . prob rerum insana cupido :

Prob animis infusa lues . iam nulla pudoris

Cura : iacet passim longe post terga relictus .

Tu coleris : duce te paulatim comit ille

Djs inuisus homo : cui mens intenta rapinis

Inuigilat . neq; eni semper felicia durant .

Ne minus omnipotens penis affligit eisdem

Qui seuum offendit : vel qui sanctissima frangit

Federa amicitie : seu qui cum coniuge fratris

Non pauca infandos coitus fraternus adulter :

Vel qui in pupillos audet vim ferre nefandam :

Vel qui in longeuum confecta etate parentem

Horribili voce insurgit : vir abstinet illi

Verba : non impune tamen : stat pena nocenti

Post obitum . deponit igitur tam falsa superbe

Mentis consilia : et melioribus vtare quod .

¶ Turpe pio venerare deos : his tempore in omni

Et munde et pure liba : cum clara nitescat

Sole dies : aut cum nox circumfusa tenebris

Georgicorū Hesiodi

Abſcondet terras : caſto torrenda ſub igne
Hoſtia mactetur : hymnos cane : cura miſiſtra
Et tibi dii ſaneant : immenſaq; copia rerum
Dinc tibi naſcatur : multis vt egentibus ipſe
Subuenias : non vt viuas germane rapitis .
¶ Conuiuas inter ſi vis diſcumbere : amicus
Non hoſtis variat . primum viciniā . nam ſi
Aduerſum quicq; acciderit : de mox repente
Primum illa accurret . que ſi ſine veſtibus eſſet
Nuda etiam veniet : qd nō tibi ſanguine iunctus
Non aget : iſte ſibi veſtes et omnia ponet .
Improba damnoſa eſt viciniā : ſed proba ſi ſit
Utilis : hec igitur cupienda eſt pectore toto
Lang; laudis opus . neq; enim lamenta reſundes
Amiſiſſe bouem . proba ſi viciniā tecum eſt .
¶ Acceptum mēire : et eodem pondere redde
Diāno : tibi vt hic iterum ſuccurrat egenti .
¶ Res male parta mala eſt dānoſaq; ſemp : ab illa
Ergo caue : ne te vincant in amore ſodales .

Liber Secundus

Nilum adeas qui te. fac muta munera reddas.
Sponte datum capias : scelus est letale rapina.
Quicumq; (et si magnum) aliquid largitur amico
Latatur. quicumq; iacit de fronte pudorem.
Et rapit alterius quicq; : intima turbat amici
Visceraq; et mentem. cui vis illata rapine.

¶ Adde parum paruo paruo superadde pusillum //

¶ Fiat et hoc magnum. infelix pallatur egestas
Si modo rem cumules : hominem nec ledit habere
Cuncta domi : nocet esse foris. q̄ dulce bonumq;
Præsens accipere : atq; absente carere molestum est.
Tunc bene potandum cum plena effundit ab aluo
Vina cadus : tunc parcus eris cum parte lyæus
Definit e media : sed cum dædinat ad iunum
Spumantes iterum cyathos et pocula sume.

¶ Quicquid pollicere homini seruetur amico.
Si quicq; cum fratre tibi est testem adijce rebus
Subridens : noquit non credere : credere semper
¶ Neque tam alliciat merarix cave semina mentem

"Idy fugiens
finit magnum
minimale aut
magnum"

Georgicorū Hesiodi

Rem totā vocat illa : nimis dū blanda videtur .

Hec q̄ damnosum muliat est fidere cuiq̄ .

¶ Rem patris acceptā melius fouet vnicius bates :

Auges et hanc . et tu plures in monte relinque

Ex te ovis : nā plura pater Saturnius illis

Attribuet . sed te si cecus tangit habendi

Ardeor adhuc : fragilibq̄ placet tibi gloria rerum .

Hec age que moneam : et varios operare labores .

Lib̄ sc̄s georgicorū hesiodi

¶ Om̄ celo emergūt sublimi ab atlantide nate

c Pleyades . truncāda ceres : morientibus illis

Mitte in aratra boues . latitare ea sidera dicunt

¶ Viginti totidēq̄ dies : annoq̄ voluto

Apparent iterum : maturam incidere messen

Rursus et incipiunt dentata falce coloni .

Hanc legem agricolę atq̄ habitantes littora seruant

¶ Aut qui pingue solum . vallo sacq̄ tecta teneant .

Nudus ara : nudusq̄ sere : et nate corpore nudo :

¶ Si tempestiuos agrorum ducere cultus :

Liber Secundus

Augurich illos magnis successibus optas.
Nunc aliena roges interdum pauper egenus.
Et si ad nos supplex iterum fortasse redibis
Nos iterum dabimus. iunct exerce labores
Improbe (quos inter mortales diuis potestas
Sortita est) ne tristis inops cum coniuge massa
Aut cum natoꝝ misera comitante catena
Vicium a vicino rogetes. dare negligit iste:
Bis scilicet fortasse dabit: debinc si petis ultra
Proficies nihil: at tu plurima verba refundes:
Orabisq; iterū: frustra tamen. artibus ut te
Iam pridē admonui inuigila: atq; incūbe labori
Dira fames procul hinc abeat. tua debita solve.
Impāmis tibi conde domum: precioq; ministrā
Debinc ane: quā possis custodē adiūgere bobus.
Pone domi toto quantum tibi sufficit anno.
In rebus spes est alienis iuncta: nam si
Dic dare forte neget: tu semper pauper egebis.
Tempora labentur: operum quoq; deficit usus.

Georgicæ Hesiodi

Ad cras rem differe nocet : nuncq̃ horrea nuncq̃
Implet iners aut q̃ tēpus pducit . habenda est
Cura operi . turgescat opus : mala mille molestant
Affliguntq̃ hominem cui segne et inutile corpus .
Cum bene se posuit rapidi vis ignea pbebi
Ac pater omnipotens secundis imbribus ether
Defiliit in terras : et languida membra resumunt
Jampaden amissas estivo in tempore vires
(Mā brace sol hominū supra caput astat ab alto :
At de nocte magis currus exercet agendo)
Tunc operum multo ante memor : discinde securi
Siluam incorruptam : tunc germina definit arbos
Fundere datq̃ suas volitare per aera frondes :
In tres tende pedes mortaria : contineat tres
Pistillus cubitos : pedibus quoq̃ confice septem
Lemonem : qui si fuerit protentus in octo
Hinc tibi malleolus crebros formetur in ictus :
Palmarūq̃ trium rota sit . varijsq̃ reponere
Ligna efficta modis : validāq̃ in montibus alnis
L ij

Liber Secundus

Quere: vd effuso campi super equore: pinum:
Ac stuyam compone: manum qua firmet arator
Temonem cuneis dentaliq; alliget imo:
Torqueat et fortes illa durante iuuenos.
Binaq; preterea tectis seruentur aratra
Sic melius. nam si casu discinditur vnum:
Restat adhuc aliud: validos agitare iuuenos.
Temonem et vlmō viridi sat confice lauro:
Stipa sit ex pinu: dura dentalia quercu.
Duc in aratra bouem nono qui viuat in anno:
Apta eas operi matura est: frangat aratrum
Bos iuuenis: minitans iuuenili pedia cornu:
Et rixam exacuens: opera imperfecta relinquet.
Quere quater decies annorum etate bubulum.
Quadrifidus panis et ofellas celsus in octo
Sit cibus huic. recto fulcabit vomare terram
Si maturus erit. studium intermitat arandi
Junior: aspiciens pares etate colonos
Ibit ad bos ludos quos scit lasciuia iuuenis.

Georgicorū Hesiodi

Ergo non medior iuuenis : nec semina vāse
Spargat bumi quantum terre mensura requirit.
¶ Contemplant etiam cum grus e niuibz altis
Assiduos agitat clangores : nunciat imbrē
Venturamq; biennē : tempusq; indicit arandi :
Angit et illius mentem cui nulla boum spes
Tunc redeant feni plena ad prœpia tauri :
Tunc p̃prios operare boues et plaustra. sed inquit
Nō habeo : dabit hic. facile est petere atq; negare.
Mentis inops alius - quid enī componere curum.
Tunc volat ignarus : non nouit quantus in illo
Sit labor : et centum compagibus insita ligna
Que debent multo ante domi prouisa reponi.
¶ Præterea cum tempus adest rescindere campum
fortius insistas operi : exercere ministros
Nā vetanda duplex tibi sicca : atq; humida tellus.
Vere nouo veniant cedere ad aratra iuueni :
Fœtilis et feruens culmus procumbat arista.
¶ Nā te decipiat cum semina colligit etas.

Libet Secūdus

Sit noua vbi studeas tellus : nec arata quotānis.

Tara recens large natis alimenta parabit.

¶ Plutonē in primis venerare : atq; annua sacre

Dota refer : Certe : cum siue innixus agendo

Incipis exercere boues : stimuloq; fatigas :

Sic immanis tibi surgent cerealibus dona.

¶ Semina cum scire committis pone sequatur

Secūlus : atq; auidus rastro sata leta recondet.

Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos.

Zeditur aduerso qui negligit omnia fato.

¶ Si sit pingue solum : grande inclinatur ariste :

¶ Felicesq; operum successus a Ioue summo

¶ Hinc capies : neq; sub teatis extendet arachne

¶ Fila : sed immense replebant bovea menses :

Tunc gaudet : et cani florentia tempora veris

¶ Letus agas : cum te incassum crudelis egestas

¶ Aspicit : et parto turgēt domus : atq; aliena

¶ Re tibi non opus est : tua pluribus adiumentum.

¶ Si sit sterilis tellus medio versata sub estu.

Georgicorū Hesiodi

Quinque solo residens imas falcabis aristas
Aversos religans culmos : tenuisq; sequetur
Spes vite : pauci te mirabuntur . ab agris
Parva sub exiguo referentem farra canistro .
Difficile interdum mutabile noscere tempus :
Mobilis et varia est alti natura tonantis .
At si tardus aras : tardus tibi solus aranti .
Affert auxilium si largis imbribus aber
Tres noctes totidēq; dies non cessat ab alto
Donec replet validi vestigia tauri .
¶ Tpe quo querna residensq; sub arboze coccy
Exululat : gaudentq; hominum mortalia corda
Vere sub aprico . sic tardus forsitan eques
Qui tempestivo divertis vomere terram .
His intende animū : nec floxida tempora veris
Celateant . glacialis hyems tibi cognita surgat
In qua incūbendum est : nec te villo taberna morēt
Aut narrata loco sub aprico fabula tardet .
Dū frigent alij . vir rem tamen impiger augeat .

Liber Hercūdis

Surge igitur : nec te paupertas opprimat illo
Tempore : dira famēs tenues facit esse lacertos :
Elatosq; pedes : et crura tumentia multo
Sanguine . segnis inops : et spe suspensus inani
Indīnat mentem sederi : et meditatur iniquos
Vnde parat victus . hominē spes nutrit egentem
Irrita . cui nībil est : et tota luce vagatur .
¶ Dū media clapsa est estas : properate minūtri
Condite dic casulas : nā semper non erit estas .
¶ A Iano mensem dictum canes : nubibus ille
Latam bobus glaciēq; et frigora ducit .
Tracius insurgit boreas : et turbine facto
Disturbat maria : accomas : siluāq; sonantem :
Alticomas quercus : annosaq; robora pinus
Diruit ex alto : et valles iaculatur ad imas .
Silvarum auditur fragor vndiq; - sed fera duos
Arrigit ipsa pilos : caudāq; in curibus angit .
Quinctiā quibus est villis densissima pellis .
Perforat ille quidē : setosaq; pectora transit :

Georgicæ Hesiodi

Nec se defendunt dura sub veste iuuenæ :
Et misere algescunt hirsuto crine capelle :
Vincit ouis boream instantē : fultorq; repellit
Tegmine lanarū : sed nō obsistitur illi
A senibus : curuo facit bos incedere collo .
Nec tamen ad tenerā penetrat boreale puellam
Frigus : at illa domi cui nondū nota libido
Matris apud care gremiū sedet : atq; hyemales
Nō sentit glacies : et tōta nocte quiescit :
Atq; oleo teneros interdū perluit artus .
Tūc polipo durum est gelidis habitare sub undis •
Nec videt unde sibi venatur in equore predam .
Alienisq; famē : proprios tum deniq; in artus
Vertit atrox rabiem immensam . sic imbribus atris
Turbatur mare : sic atra caligine cælum .
Sol quoq; ad æthiopas radios et lumina fundit :
Rarus apud graios . fugiunt animalia curui
Mox senis valles imas . et dente trementi
Concaua saxa petunt • nemorū tenebrosa q; tecta .

Liber Secundus

Tūc quoq; ne nocēat hyemes tibi : protegat artus
Mollis lena tuos : cui texta ex ordine recto
paucā sed aduerso ducantur plurima fila :
Sitq; ea crure tenus : vetat hec per corpora setas
Surgere - et instanti prohibet durescere vento .
Tegmina sint pedibus taurozum e pelle cothurni :
Ne nocet hos inflare pilis . vt frigora vincas
Medozum teneras nervo bonis insue pelles
Ac docto suspende . tegant capita alta galeri :
Ne madeant aures borea spirante cavendum est
frigoribus . tunc ros cedo diffusus ab alto
Intus alit ceteram sacros operūq; labores
Ille quidam vi ventozum e fluvialibus undis
Tollitur in sublime : et matutinus in agros
Defilit - interdūq; expectat tempora noctis .
Interdū borea nubes agitante procellas
Vertitur in ventosam hyemē fuge providus illā :
Acceleratur opus : patet tecta obstantia ventis :
Ne forte obscuro nebularum infusus amictu

Georgicæ Hesiodi

Hic tibi ab vberibus caprarum caseus adstet . . .
Que nullos pascant fetus : hic lactea liba :
Hic tibi siluestris ponatur caro iuence
Que nondum enixa est , hic mollior bedulus adsit .
Et iaceas saturnus patula sub tegminis umbra .
Surge tamen celo cum fulget oryonis astrum :
Tempus addit : Cereri sacras terat area fruges
Ad ventos posita : atq; ingenti equata cylindro .
Nec nisi libate ducantur ad horrea menses .
¶ Postq; aut satis ad victum tibi contulit ætas :
Continuo : cui nulla domus sit : quere ministrū :
Adde etiam ancillā que sit sine prole : molestum est
Et graue seruitium illius quā cura remordet .
Matorū blandire cani : panēq; ministra :
Peruigil ante fores sedet ille : domūq; tuetur
Dente rapax : furiq; altis latratibus instat .
¶ His prope exactis : fenū paleasq; reconde
Mentiones quantū satis ac nutrire iuuenkos .
Inde laboranti requies præbenda colono .

Liber Secundus

Ursus et exhaustus pariter iuga demere tauris.

¶ Dū tamen in media celi statione refulget

Syrus : orionq; loco splendet eo dem :

Et rosea arcturi cernit pallantias astrum :

Tunc vuas tenero abscondēs de corpore matrū

Per bisquinq; dies tenero sub sole iacentes

Pande : dies etiā molli stent quinq; sub ymbra ,

Dehinc torque : capiant vegetes iucunda lyei

Munera . sed sydus cum deficit orionis :

Pleyadeq; byadeq; cadunt : meminisse iuuabit

Protinus impresso subuertere vomere terram .

Stat tempestino cuncta exercere labore

¶ Si tamen infestū iuuat ire per equos : et alta

Puppe vehi : moneo ne quādo ab atlātidenatas

Orion insequitur : totoq; excludit olympo -

Ut videas illas medio submergere ponto -

Naugio incumbas : mare tunc tollentibus euris

Obscurum - vndosos iaculatur ad ethera fluctus.

Tunc igitur iaceant religate ad limora puppes

Georgicon Hesiodi

Immadetas : largosq; imbres pluuiat humida vestis
Pascha tunc carpant : quis nō pinguis : tauri
Quippe arbor lauis : et longa sub nocte quiescunt
Astrimētum ingens . robis vberima mando
Agricole : faciliq; dies transire labore .
Nec seruanda tibi donec nox equa diebus
Atq; iterum satio committit semina terre :
¶ At dum sex decies sol arduus occidit vndis
Hybernū post solsticiū : sacrosq; relinquens
Oceanī fluctus : sublimi arcutus olympo
Exoriatur : primū cupit et splendescere sydis
Tunc vites incide : noui neq; nuncia veris
Antiquos iterans questus precedat byrundo .
¶ Dū tamen immentos effundit pleyas aestus :
Profiliensq; vmbrosa petit plantaria limar
Tellure e sicca : tunc vinea nulla ligonem
Sentiat : accedant vncata falce ministri
Maturam in segetem . nec te pulcherrima tempe
Detineant segnem : manūniq; sopores :

Liber Secundus

Ergo age rumpe moras : pelle oia segnia : pelle
Dū vocat alma cres : robustaq; collige ferra.
Pone domi toto quantum tibi sufficit anno :
Mane operi assurgens : operis pars tertia mane
Cōficiat : labor baud grauis est . de mane viator
Longū linquit iter : taurosq; exarcat arator .
¶ Præterea sua pum-stolimus florentia mittit
Semina : et in ramis dulces resonare cicada
Sole sub ardenti incipiunt trepidantibus alio;
Fit caprea sic mollis : sic sunt dulcissima vina;
Feminaq; vixit Veneris purpura corpus
Appetit infans coitus : lassantur ab estu
Membra viri : tantūq; potest vis ignea solis;
Tunc licet ardores gelida releuare sub vmbra
Fontis ad apicos latices : semperq; fluentis
Murmur aque : faciles quā circum leniter aure
Aspirant : sephiris plerunq; agitantibus illas.
Dic bilares laus cyatos : et pocula sume
Rubina : ter infusa magis que temperata vnda.

Georgicorū Hesiodi

Saxorum obnixi obicibus : ne forte ruentes
Discutiant venti : pateat pars ima carine
Ne pluviam excipiens putri marcescat ab imbre.
Instrumenta domi navaliaq; arma quiescant
Pensa : gubernandiq; explorat robora fumus.
Interea Cereris sacros operare labores :
Nec proflus fugiendus ager. labatur in altum
Equorū amica ratis dū nō magis vnda tumescat
Nec refluant vasto sublati gurgite montes :
Dadat omnia tamen censu reditura superbo.
¶ Hic meus ille quidam genitor dū pauper egeret
Errabat : maria alta secās - fluctusq; profundos.
Ille olim aeoliā Cumam - atq; ea littora linquēs
Appulit buc : nō spe lucri commotus avara :
Durum opus exercere inuisa vagebat egestas.
Ille vagus demū prope tempe Idliconia sedem
Asscream incoluit : cedit in regione molesta:
Frigore nūc nimio : nūc intolerabiles effu.
¶ Tempore quosq; suo iuvat exercere labores.

Liber Secundus

Mauigium ante omnes : cuius si te vlla remorda
Cura : placetq; altos sulcare per equora fluctus .
Dū faciles spirant venti : et furoz ille quieuit
(Me te inuisa fames alieno viuere parto
Logat : et inuitus multorum debitor exes)
Vade : nec in cymba : sed te vebat ardua puppis .
Ingentes referant census ingentia mercis
Pondera . præterea que sint apertissima nautis
Tpa narrādum est - q̄q̄ mibi parua p yndas
Vita fuit : virq; ex illa tamen Aulide cursus
Litus ad Euboeā : sub qua omnis grecia quondā
Dū pelago defleuit byans - conuenit in vnum :
Et merito infando s fatū iuratur in hostes .
Inde mibi placuit nō longe ad Calcida cursus
Huc vbi magnanimū gen⁹ Amphidamantis achiui
Cōstituūt populis certamina : et idita quondā
Munera defuncti ponūt in honore parentis .
Hic ego me dulcis referentem pramia canus .
Muratos memini tripodas : quas sponte ticaui

Georgicon Hesiodi

Mulari ante aras quibus entra Deliconia cure

Ille ubi me primum dulcem docuere potum.

Tantum igitur mihi res navalis cognita surgit.

Dicam aliqd tamē - et varios pandā aberis vsus

Hec etiam nobis aspirare camene.

Equora tuta legant instructo remige puppes

Cū decies quinq; est series exacta dierum

Estiū post solsticiū - et iam deficit estas :

Nam neq; tunc classes medio nec navita ponto

Obstitur : ni forte vdit Jouis alta potestas

Aut deus : ipsarūq; parens Neptunus aquarū

Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis.

Et lenes spirant zephiri - tranquilla quiescunt

Equora : tunc cederem ventis committe carinā :

Dadat onusta tamen . reditū properare memento

Et prius ipsa novos fundunt vineta liquores :

Autūnūq; imbres : et byemis infesta procellis :

Aut notus insurgat pluvia rorantibus alis :

Incumbatq; mari : totūq; ejoluat ab imo.

Liber Secundus

Exercentq; etiam studium nauale sub ipso
Dere nouo : cū se tam latas arbor ab alto
Induit in frondes • quantum vestigia comix
Pondit humo depressa : silet tūc nabilis unda.
Est ego nauigiū graue tūc semperq; molestum
Credideram : hoc nature homines leuitate nephande
Subtrahere : agitat diuersa pericula fluctus.
Et tamen ire placet : quanq; mors dura sub undis
Diuitie sunt vita hominū atq; insanus habendi
Ardo : ad hoc animū gemant intendit parump
Concipe fraternos montus • maria alta secando
Facteci ne cuncta rebas : maiora referas.
Nec nimis est oneranda ratis ; sit ponderis equi
Quicqd in hac . durum est aduerso occurrere fato
Fluctibus in medijs : curus discinditur omnis
Si grauius superiussit onus , seruire memento
Mensuram in rebus • et idonea tempora ad usus.
¶ Cū prope ter decies tibi vita dabitur annos :
Connubiū maturum adarit . decimūq; puella

Georgicorū Hesiodi

Erigat et quantum : sed quinto nubat : et illa

Virgo sit : atq; habitet ppete - cui sedulus adstes :

Sedulus inspicias artemq; vsumq; puellæ.

Hec age : ludibrio ne te vicina cantet.

Coniugeniū melius casta : nil turpius illa

Que venerē parit sine fine - et prostat ad omnes :

Semper et exilio superimminet illa viroꝝ.

¶ **N**emo etiam fratris in amore equetur amicus :

At par si quis erit sit amandus tempore in omni.

¶ **N**ulla ex te inceptum fedus discordia soluat.

¶ **M**entiri scelus est : prestat compescere linguam.

¶ **I**nfandā si vim tibi quisquam iferet amicus

Aut ore aut manibus : surge et vlāscere : redde

Redde vicem duplicem . q si illum penitet acti

Hæ penam implorās - iterū te exoptat amicum :

Suscipe : vile qdem est boies noue querere semp

Federa amicitie . multos si frater amabls

Non laudo : nullos etiam : medium sit in isto .

¶ **S**i tibi corda tument - vultus nō indicat iram .

¶

Liber Secundus

Turpe sequi sceleratum hominē, maledicere cuiq̃

Infandum est: qui iam vita laudatur honesta.

¶ Nunq̃ a te nunq̃ misera obiurgatur egestas:

Divinū donum est diviq̃ æterna voluntas.

Illā quidem quæ sepe viri sublimemolesta

Impedit ingeniūq̃ vetat super alta levāri,

¶ Qui loquit̃ parce, linguā nec in omnia solvit.

Tresaurum pre se gerit ille: ea gratia magna est

Ut linguam modares, pensataq̃ verba loquaris.

¶ Si queniūq̃ verbo ledes: ledetis et ipse.

¶ Grata in amicorum venias convivis sumptus

Communi: dato particulam: gratissima sunt hec:

¶ Acce Joui vinū: seu dijs de mane cauēdū est

Illota libare manu: tum vota precando

In cassum fundes nulli exaudita deorum:

¶ Solis ad aspectum nec queniūq̃ mingere fas est:

Nocte sub obscura recto neq̃ corpore nudo.

¶ Nos quis sacra deis: mediā nec credimus illa

Posse licere via: ni dedinetur ab illa:

Georgicorū Hesiodi

Est etiam vetitum diuis : vir et omnia noscens

Herens parietibus sedet atq; exponit vinam

Intus vbi orbatē tenuis latet angulus aule.

¶ Nec coitu polluta sacros genitalis pandas

Ante ignes . neq; cum dulci tibi coniuge praeter

Concubium vt generes : dū macto a fūnere tristi

Mente redis : superū sacra seu laus ab ara.

¶ Credimus inuisum superis semperq; molestū

Qui natat assiduo labentia flumina cursu

Et prius ablueritq; manus . pia vota precosq;

fuderit : ante ipsas supplex orauerit vndas .

¶ Infandum ante aras vngues incidere cū dijs

Sacra facis . sedus est cyathos imponere vasi

In quo vina latent : sacros operare lebetes

Nil tibi cū in sacris etiā hinc lauisse neqbādū est

¶ Perfice tecta prius q̃ comix garrula ab alto

Mūciat atram hyemē : ruit hec inimica procellis

¶ fac sedeat bis sex : quibus etas erigit : annos

Aut totidem menses natoꝝum chara propago

Sede sub instabili : iuuat hoc : omneq; repellit

Liber Secundus

Segnitē : facit esse agiles - et ad omnia promptos

¶ sedum et turpe virū est thermis mulieribus uti.

¶ Hoc prius fugiendum etiā - stat talibus atrū
Supplicium - an aras superū obiurgare; nequādū est
Sacra ministeria ac diuinis spernere cultus.

¶ Nec licet i fluuio - neq; fontis mingere i vnda
Est quoq; turpe aliud vetitū, fuge pessima fame

· Nomina, fama malū facile in sublimē laetatur:

Est graue sustinere nimium - nimisq; molestum:

Difficile vt taceat; nunq; debeat illa

Sedula que varias populi penetravit ad aures.

Est dea fama quidē: sunt ipsi numina fame.

¶ Sit tibi preterea series seruanda dierum.

¶ A Ioue nate omnes: sunt a Ioue tempora nata.

¶ Ultima mensis erit nullo exercenda labore:

Hac genio vitandum est: illa omnes festa per vrbes

Ducitur: illa forū claudit: neq; iura resoluit.

¶ Prima notāda dies - et quarta - et septia: prima

Manus Apollo die radiantia lumina fudit.

Lucebomū quarta felix ducenda sit vxor

Georgicorū Hesiodi

Omne captato : sunt omnia prospera rebus .

Et licet incuruā trabibus componere nauim .

¶ At quintā fuge : nancq̃ illarū pallidus orcus

Tum dire eumenidū facies toto orbe vagantur :

Castigant si qua in terris periuria falsum

Affirmant : quelis alterne agitata creauit .

¶ Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortū :

Leta viris : multiq̃ etiam nascuntur in illa

Quis mala mens : fallax animus : fallacia verba :

Et qui concubia exercent arcana per artem .

Hac onium fetus licitum castrare : vel bedos :

Et licet infixa pecudes circumdare mandra .

¶ Scindimus octauo forti genitalia tauro :

Castramusq̃ sues . ¶ Felix est ponere plantas

Nonna : viros gigni : vel amica sorte puellas .

¶ Luce viris decima faustos quoq̃ credimus omis .

¶ Vnaq̃ post decimam felix incidere vites :

Et tempestiuam segeti supponere falcem

Hec curat . ¶ Bisfexta etiam felicioꝝ illa .

Stamina et ex alto tenuissima torquet arachne :

Liber Secundus

Ingentem accumulât formice farris acruum :

Et iuuat arguto percurrere pectine idas :

Tûc quoq; siluestres licitû castrare iuuenos .

¶ Tertia post decimâ plantaribus optima surgit

Sporgere semen bumi : pallet cōtraria semper .

¶ Quartaq; post decimâ mulierû psp̄era natu :

Ac p̄ensos domitare boues : validosq; labori

Demiones : canibus faciles adiungere cultus .

Et lenire manu : pecudiq; imponere mores :

Atq; aperire cados et dulcia funderè vina .

¶ Sextaq; post decimâ plantaribus iuida surgit .

Opportuna viros nasci : sed iniqua puellas

Aut nasci : aut thalamos petere atq; herere maritis

¶ Septima post decimâ Læris terat ordea sacre

Ingentēq; licet ferro discindere siluam :

Ac varias aptare trabes . quibus ardua tecta

Moliri . aut structam possis agitare carinam .

¶ Monaq; post decimâ felix est cū dea surgit

Lutea : sed medium celi cum venit in orbem

fit grauis : et media ad finē laetissima fulget .

Georgicorū Hesiodi

¶ Proxima lux sapientem hominē diuina creandi
Insigni riget officio . ¶ Nec luce dolēdum est
Post illam quarta : leta est ea : leta trabantur
Saudia . ¶ Quia dies post hāc iuga curua iuuēcis
Ponit : et hemiones / et colla exercet equorum :
Atq; vdiuolas deducit ad equora puppes :
Et noua componit dulci sua vasa lyeo .
Quam pauci nouere et recto nomine dicunt .
¶ Sunt harum humano generi seruāda dierū
Tpa : quippe illud magnis successibus augent
Sūt alie ancipitesq; tamē sine mente : neq; vllō
Officio excellunt : hanc alter laudat et illam ,
At paucis natura illarū cognita surgit :
Nam tūc ipsa dies totum complectitur orbem
Moxe ple matris : scire modo more nouerre :
Nunc fulget : nunc atra latet . felixq; beatus
Ille quidē fertur / que dijs / cui cognita sunt hec :
Omniaq; inspicies / rerū se exercet ad vsus .

finiū georgicorū lib Hesiodi Lips p Baccalarū
rū Martinū Herbipolen Anno . M . D . vij .